

New Zealand: Dunedin Public Libraries Heritage Collection, RMM Fragment 32b.
Fragment, Psalter with Passion Readings written by Pietro Ursuleo of Capua.
<https://fragmentarium.ms/overview/F-llfs>

Contents

The Gospel according to Luke 22: 28-45. Concerning the Last Supper, these lines refer to the address Jesus made to his disciples.

The transcription follows the layout of the single column of 19 lines, and maintains the original punctuation and hyphenation of the text. Expanded scribal abbreviations are underlined.

Transcribed by R. Faunce, August 2018.

1 ... [uos autem] estis qui permansistis mecum in tentationi-
2 bus meis. Et ego dispono uobis: sicut disposu-
3 it mihi pater meus regnum: ut edatis et bi-
4 batis super mensam meam in regno meo: et se-
5 deatis super thronos: iudicantes duodecim
6 tribus israel . Ait autem dominus Symoni.
7 Symon: ecce Sathanas expetiuit uos: ut cri-
8 braret sicut triticum . Ego autem rogauit pro
9 te: ut non deficiat fides tua . Et tu aliquando con-
10 versus: confirma fratres tuos . Qui dixit ei
11 domine: tecum paratus sum: et in carcerem:
12 et in mortem ire: Et ille dixit . Dico tibi pe-
13 tre: non cantabit hodie gallus: donec ter ab
14 neges nosse me . Et dixit eis . Quando misi
15 uos sine sacculo et pera: et calceamentis: num
16 quid aliquid defuit uobis . At illi dixerunt.
17 Nihil . Dixit ergo eis . Sed nunc qui habet
18 sacculum tollat similiter et peram . Et qui
19 non habet: uendat tunicam suam et emat

[verso]

1 gladium . Dico enim uobis quoniam adhuc
2 hoc quod scriptum est oportet impleri de me:
3 et quod cum iniustis deputatus est . Et enim
4 ea que sunt de me finem habent . At illi

5 dixerunt . Domine: ecce gladii duo hic . At ille
6 dixit eis . Satis est. Et egressus ibat secundum
7 consuetudinem in montem Oliuarum . Secu-
8 ti sunt autem illum et discipuli. Et cum per
9 uenisset ad locum. dixit illis . Orate ne intre-
10 tis in tentationem. Et ipse auulsus est ab
11 eis quantum iactus est lapidis . et positus
12 genibus orabat. Dicens . Pater si uis transfer
13 calicem istum a me . Verumtamen non mea
14 uoluntas: sed tua fiat. Apparuit autem illi
15 angelus de celo: confortans eum. Et factus
16 in agonia prolixius orabat . Et factus est
17 sudor eius: sicut gutte sanguinis decurren-
18 tes in terra . Et cum surrexisset ab oratione.
19 et uenisset ad discipulos suos: inuenit eos
[dormientes pre tristitia] . . .

This work is licensed under a Creative Commons “Attribution-NonCommercial 4.0 International” license.

